



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

De immunitate Ecclesie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

<sup>12.</sup> Arbitrio  
diocesani  
in forma  
seruitij cu-  
rufue pre-  
scribende.

& in Iud. l. 3. c. 5. n. 7. vide latè Dia-  
nam & citatos p. 2. t. 12. & 14. vbi  
multis quæstionibus excentit etiam de-  
creta Urbani VIII. ) & circa diuina  
officia, horas canonicas, & distri-  
butiones satis conformiter statue-  
runt. Praescriptum tamen tem-  
pus quo adesse quemque oportet,  
& seruitum quod præstare,  
magis remisit Trid. f. 22. c. 3. ad iu-  
dicium Ordinarij in verb. persona-  
liter competens sibi seruitum iuxta for-  
mam ab Episcopo prescribendam quoli-  
bet die statuto non impluerint &c. vt  
in Synodo 1. & 2. prouinc. Me-  
chlin. à Sede apostolica approba-  
ta, ac alijs quædam circa diuinum  
officium celebrandum. præsentia  
ac distributiones statuta sunt: quæ  
non verbo tenus consonent cum  
Basilensi; ut illius clausula irritans  
catenus cesset, nec ubique recep-  
ta erat: substantia tamen eiusmodi  
decretorum, quatenus intacta  
sunt, omnino est retinenda.

Et hic reminiscendum quod  
Concilium Trid. f. 22. c. 3. decre-  
uerit, vt clerici seruitum prætent  
in re diuina, iuxta formam per  
Episcopos prescribendam, adeo  
vt quod in huiusmodi statutis  
mutandum emendandumque dixer-  
it, non obstante exemptione, seu  
confuetudine immemoriali, pri-  
uilegio, seu iuramento, sine diffi-  
cultate recipiendum sit: cum eis  
deroget d.c. 3. f. 22. Conc. Trid.

Id quod multò magis dicendum  
est de ijs, quæ Episcopi de diuino  
cultu decreuerint in Synodis diœ-  
cesatis, ac multò maximè quæ in  
prouincialibus, ac nominativi pro-  
vinciali Mechlinensi an. 1607. à  
Paulo V. probata: Breui dato 4.  
kal. Maij 1608. in quo haec verba  
leguntur: quemadmodum etiam hor-  
tamur, atque apostolica autoritate,  
quam à Deibeneignitate licet immeriti  
acceptimus, tubemus; ut eius Synodi de-  
creta omnia, que ad factorum canonum  
praescriptum omnes istius prouincia  
Episcopos, omnesque eorum diœceanos  
(nota) obstringunt; ab omnibus quam

diligentissime, & inuiolatè seruentur:  
adeo vt & ipsi Ordinarij, super hac  
re constituendo, contra illorum  
formam ordinare non possint,  
nec quicumque diocesani ijsdem  
contrauenire.

Hicce igitur omnibus iuxta se  
positis, quam rectè singula ab  
Episcopo mutata, emendata, pro-  
bata sint, facilè elucescet.

### De immunitate ecclesiæ.

### RESPONSVUM I.

*Miles literas salui conductus  
Principis discerpens an  
asyllo gaudeat?*

**I**N constitutione Gregorij XIV.  
super confugientibus ad loca  
sacra extrahendis edita, exceptum  
est crimen læsa Maiestatis. Miles  
literas securitatis, sive salui con-  
ductus, discerpit, & pedilus con-  
culcauit; cum prætabundo illi ru-  
re opponerentur, procul dubio  
reus est læsa Maiestatis. *l. 1. D. ad*  
*l. Iul. maiest. Boer. decif. 179. V. Wesen-*  
*bet. in parat. D. ad leg. Iul. maiest. &*  
Reus est  
læsa maiestatis.  
*quos ibi allegat. n. 4. Tuschus v. maje-*  
*statis. concil. 7. n. 18. & qui sta-*  
*tus, vel imagines Principis con-*  
*uellit, & deiecit. l. non contrahitur.*

*l. qui statuas. l. famosi. D. ad leg. Iul.*  
maiest. nihilominus dicendum est,  
Sed solum  
*maiestatis in perso-*  
*nam Principis cri-*  
*minut. eccl. n. 10. in fin. sed illud*  
*solum, quod in personam iphus*  
*Principis commissum est. atqui*  
Quale hic  
non est.  
*miles hic nihil in personam com-*  
*missit, neque in ipsum Principis*  
*contemptum primariò; sed petu-*  
*lans, furens, prætabundus, & dolo-*  
*re, quamvis improbo atque injus-*  
*to, incitatus, quod per conductum*  
*illū prædam sibi destinatam amit-*  
*teret,*

teret, literas fregit. Quæ circumstantiae valde in criminè lœsa maiestatis considerandæ sunt. *l. famoſa. 4. hoc tamen. D. ad l. Iul. maieſt.* *VVefenbec. vbi sup. n. 6. atque ita arbitriè tantum puniendus est. Boër. & citati à VVefenb. vbi sup. 4. quamvis crimen maiestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus maximè exacerbetur in milite. d. l. famoſa. in fin. cùm aliás extremum supplicium lœſae maiestatis reis debeat. l. 1. 2. 3. 4. D. l. quisquis C. ad leg. Iul. maieſt. Cæterum si qui imagines, statuas, arma, titulos Principis deiſciunt, atque confringunt, quo offendant ſe ab eo defecere, & alterius forte Principis arma refiungunt, quem adſciscunt, cù primariò ea reſteudat in Principis, & reipub. lœſionem, non minus ferè quam si attentaretur in ipsius perfonam, procul dubio ad supremum gradum lœſae maiestatis id pertinet. perduellionis & rebellionis crimen habet. d. l. 1. D. ad l. Iul. maieſt. cùm opera ſint ea rebellionum, adeoque eorum poena debeat. extranag. qui ſint rebelles.*

*5. Perduellio  
aſylo an  
priuet.*

Sed quoniam maiestatis reos extrahere ex loco ſacro per dictam Gregorij XIV. conſtitutionem non licet, niſi in perfonam ipsius Principis crimen commiſſum fit, obſtabit ea conſtitutio: niſi forte de primis rebellionis authoribus agatur. cù Reges & Principes, qui reip. cauſa ſunt, ſæpe minoris æſtimant commiſſa in perfonam ſuam, quam maiestatis ſuæ repulſam, & reip. euersionem.

## RESPONSVM II.

*De immunitate homicidiorum non proditoriorum.*

*1. Cedes per  
bombarde  
vt ambig.  
ua.*

**Q**uam diſſicilis eſt inquifitio an homicidium ex proposito, induſtria, infidiliſ, & proditorie fit commiſſum, tam pericu-

loſum eſt telū bombardā, ſclopē, & multis caſibus fortuitis obnoxium. Christopherus Ioannē bombardā traiecit; ad eccliam confugit: quæritur an aſylo gaudeat: & ex facto an fortuitum fit homicidium; an prämeditatum; an ex infidiſ, & proditione; & ex quali ex hiſ ad eccliam confuga immunitatem conſequatur?

Ea de re diximus in hanc partem non anal. b. 1. non proditorum homicidiorum, quamvis prämeditatum, induſtrium, atque infideliſum immunitem eſſe: ex bulla Gregorij XIV. quæ homicidia proditoriorum aut alliſinos, aut homicidia in eccliasij, aut cemiterijs committeeſ duntatax excipiunt, & infideliſum tantum meminit quod latrones & graffatores, itinera frequentara, vel publicas ſtratas obſidentes, qui viatores ex infidiſ aggrediuntur. addit Diana ſrat. de immunitati eccliarum ref. 33. non tantum prämeditatum, ref. 35. inſideliſum, ref. 35. inimicum reconciliatum, & vt videtur, venenofum immunitate gaudere: quod bulla Gregorij proditorios duntatax excipiunt, vt diximus: adeoque corrigat ius commune: c. 1. X. de homicid. induſtria & infideliſum repellens, & reconciliatus caueri debuerit; quaſi ſempre inimicus: & proditor non fit, vbi illus unquam präcessit rancor: neque proditor, qui oecidit inimicum a tergo. d. ref. 5. & 35. vbi in eam ſententiam Bartolum ciat. & plati alios.

Et quamquam vbi ſupra n. 10. induſtrios & inſideliſos homicidas non repelli existimari, non tamen id tribui iuriſ communis correctioni, ſed interpretatione cum nullibi dicat ipſe Gregorius ſe canones extractionem permittentes reſtringere: ſed contra aliquad ad terrorem, inquit, delinqumentum, & ad coercenda facinora ultra id, quod prieſta illa maiorum noſtrorum difſiplina, & vetus ſacrorum canonum mo-

man prescripsit, in quibusdam casibus congrua moderatione adhibita permittamus. Quod ut planum sit, legendum est c. inter alia X. de immunitate, vbi respondet Innocentius III. his verbis, quantumcumque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab ecclesia extrahendus: & infra, nisi, inquit, publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum; qui dum itinera frequentata, & publicas stratas obfidei aggressionis infidys, ab ecclesia extrahbi posci. quae exceptio facit vt in non exceptis stet regula. adeoque illam pariatur d. c. i. ex antiqua lege desumptum. Ab hac autem regula vltius excipit Gregorius vltra antiquorum canonom normam. qui proditoriè proximum suum occiderint, aut alassini, vel hærefis, aut leæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei sint. & rursus quae homicidia & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiæ etarumque cemeterijs committere non verentur. quam exceptionem post Innocentium dedit Gregorius IX. in c. fin. X. de immunitate. ijsdem quæ verbis. qui, sicut ibi exempli, non restrictionis causa ponuntur; ita excipi hic debere diximus. vbi sup. vt maneat iuris ibi probata ratio, quod in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat; & frusta legis auxilium innouet, quæ committit in legem.

Et verò quod Diana ref. 1. contendit omnia à Gregorio XIV. ad unam formam esse reducta; adeoque & ius commune; non rectè citat, sed omnia, inquit Gregorius, & quecumque priuilegia, indulta, & gratias à per diictū Sixtum &c. vt illa vniuersalitas restricta sit ad priuilegia, indulta, & gratias. nec alter facit Gregorius mentionem iuris communis. & vbi ad finem agit de clericis (nam præcedentia expressè tantum loquuntur de laicis) fæcularibus, & regularibus, etiam militibus quorumcumque Ordinum; prohibet, ne laici etiam in casibus exceptis se intromit-

6.

tant: etiam vigore priuilegiorum, indultorum, aut concessionū, quæ inquit, omnia ad terminos iuris per præsentes reducimur: adeoque ad terminos dicti c. inter alia. d. c. fin.

Neque, verò his aduersatur finalis clausula, ne quid attentetur præter aut contra illius constitutionis tenorem, quoouis prætexta; adeoque nec iuris anterioris: quippe iuris evidencia, prætextis non non dicitur, sed color quæ situs. vt foret derogatorum iam priuilegiorum, indultorum, gratiarum, concessionum; quin & consuetudinum. quippe vel antiquissimus usus ideo maximè sustinetur, quod vim priuilegij habere censeatur: si ergo derogatur expresso priuilegio, videbitur præsumpto magis, & tacito esse derogatum. dum iuuant verba d. constitutionis, approbata, innovata, ac usitata recepta, mens etiam expressa illis verbis, ac diffrentia huismodi ad uniformē regulā reducere, & iterum sublata penitus omni dfferentia, usum vtique & consuetudinum, de quibus etiam præfatus erat Gregorius.

Aparebat autem Gregorium ita canones veteres intelligere, vt nulla crimina in d. c. inter alia. & in d. c. fin. non excepta excludant ab immunitate; vt nec ex paritate, identitate, aut maioriitate rationis, vt olim scriptores, admittat extensionem, alioquin non ipse ad terrorem, quod ait, casus extractiōnum non permisso moderatus esset, sed restrinxisset, terremque minuisset. neque brevia aut rescripta quæ citat Diana r. 1. generaliter statuere videntur, sed ex particularibus loci autem priuilegiati, alijque circumstantijs: adeoque, exceptis casibus delinquentium in ecclesia, Diana sententiæ accessero ex hac iuris interpretatione, non correctione. vt nec extatio sit licita proditoriè tantum lâdentis, aut alapam nobili impingentis. quia Greg. homicidium acutumque consummatum requi-

8.  
Eoque qui  
rei hodie  
gaudent  
asylot

S 2. rit

rit, de quo ille ref. 4. 24. 31. laeden-  
tis Principem de facto recognos-  
centem superiorem: quia non ha-  
bent maiestatem, quam exigit bul-  
la. r. 6. nec supremi Principis sta-  
tuas: r. 7. quia bulla exigit perso-  
nam: nec consiliarios: r. 20. car-  
cerum effractores, falsarij r. 19.  
pagani, saraceni, infidelis: r. 22.  
quia non persona, sed locorum re-  
uerentia spectatur: apostata: r. 23.  
clericis: r. 24. si ad sanguinem qua-  
ratur, non si ad correctionem.  
nam et si bulla prius loquatur de  
laicis, ad requisitionem sacerdotalium  
Iudicum extrahendis; tamen  
ad finem de clericis, & ecclesiasti-  
cis personis vetat saeculares se in-  
tromittere; priuilegia contraria  
seducit ad terminos iuris; quod in-  
distincte tribuit immunitatem re-  
ligio. r. 25. *Marij, de iuris, part.*  
4. cap. 59. non aufert hæretico in  
loco vbi hæresis non punitur: r.  
29. fraudulento decoctori. r. 32.  
occidenti clericum: r. 34. excom-  
municato: *ibid.* blasphemo: r. 38.  
39. damnato ad tritemes: r. 40.  
Quoad autem delinquentes in ec-  
clesia; cum d. c. fin. & bulla hu-  
ius, vt diximus, eadem sint verba,  
eandem esse mentem credendum  
est. nouamque legem capere in-  
terpretationem ex antiqua, illius-  
que ratione eoque non tantum in  
ecclesia furantes, vt diximus in *Iur.*  
*pont. anal. de Immun.* n. 10. sed & alia  
crimina committentes asylo non  
gaudere dicendum est. secus quam  
existimet Diana r. 2. 9. 10. 11. 13.  
17. 21. 25. quare et si fraudulen-  
tus decoctor in narratiuis verbis à  
Greg. XIV. referatur; non tamen  
in dispositiuis exceptus gaudet  
asylo, vt diximus, si tamen manet  
in nequitia, bona codicesque oc-  
cultat, iam peccat in ipsa ecclesia;  
præsertim si de hoc monitus, per-  
tinax maneat, eoque extrahi mere-  
tur hoc nomine: quamvis non pu-  
blici latronis à Greg. excepti,  
qualem hic censeri recte negat  
Diana p. 1. t. 2. r. 31. et si à Pio V. vt

fur publicus alioquin puniri inbe-  
tur. Id verò etiam noui juris est in  
d. bullâ, quod reorum extrafio-  
fiat remota appellatione, vt tamen  
omnis evitetur error, solis Episco-  
pis, & eorum Officialibus, nullis  
autem inferioribus, quamvis Or-  
dinarij sint, extrahendi licentiam  
dare permittit. & solus cognoscit  
Episcopus, seu ab eo deputatus, an  
crimina excepta configaz com-  
ferint. & tunc per Judicem ecclæ-  
siasticum, & de mandato tamen  
Episcopi, cofiguantur seculari.

Igitur dicendum est præmedi-  
tatum quamvis industrum, & in-  
fidiosum homicidam dummodo  
non proditorum aut assassinij  
neque ex iure communis neque ex  
d. bullâ, immunitate asyli priuari.  
Restat ergo videre quod hic ge-  
nus homicidiū interuenerit. *exacte edidit.*  
*Menochius de arbitr. cap. 361.*  
disquirit, quo modo animus deli-  
beratus in homicidio probetur:  
productus aptissimum Cicero-  
nis locum l. 2. de inuenient. causa dis-  
buitur, inquit ille, in impulsione &  
ratioinacione. Impulsio est, que sine  
cogitatione per quandam affectum  
animi facere aliquid horatur. ex am-  
iracundia, agritudo, ira, levitas, & om-  
nino omnia, in quibus animus ita vi-  
tetur affectus fuisse, ut rem perficiat  
cum consilio & cura non poterit. & id  
quod fecit impetu quodam animi patia,  
quam cogitatione fecerit: ratioinatio  
autem est diligens & considerans  
faciens aliquid, aut non faciens ex-  
agitatio. & l. 10. off. in enim, inquit,  
injustitia permaluum intererit, cum  
perturbatione aliqua animi que plerumque brevis est, & ad tempus; an-  
sulso, & cogitatè fiat iniuria. le-  
uora enim sunt ea, que repente  
aliquo motu accidunt, quam ex que  
meditata, & preparata inferuntur.  
ita Cicero; quæ secundum leges  
latè explanat Menochius. *cap. 361. de arbitr. &c. 20.* coniecu-  
ras refert, quibus probetur medita-  
tio, atque propositum, quod etiam  
exactè enucleat *Mascard. de probat.*  
verb.

10.  
De homi-  
cidio co-  
mittente  
sive immu-  
nitate.

11.  
Indicium  
propositi.

12.  
De genere  
armorum,  
& prae-  
sumptione ani-  
mi ex bo-  
borda.

verb. homicidium. cono. 864. idem-  
que Menoch. de presumpt. l. 5. pref.  
40. & 10. vbi ait n. 3. & seqq. im-  
munitate non gaudere, qui sub il-  
lius spe homicidium commisit: &  
n. 16. spem presumi, vbi reus sta-  
tim aperpetrato crimen ad ecclesi-  
am confudit. sed cum Gregorij  
XIV. constitutio huiusmodi spem  
non recusat, nec in c. inter alia,  
nec in c. fin. de Immunitate excipiatur;  
admittenda non est. & ex exceptio-  
nem Layman theol mor. l. + t. 9. c. 3. n. 7 post  
Abbat. Ang. Nau. Zuar. manet tamen  
presumptio propositi: quam etiam  
recipit Martha. de iuri dicit. p. 2. c.  
51 n. 2. & ex nostro confut. obici-  
tur, atque vnuus testis explosa bom-  
barda fugisse ad ecclesiā ita statim,  
vt ille diceret lēsum apparere ab  
explosione, & ad chirurgū currere.  
alius tamen testis contāit, ex-  
plosione f. & perrexisse in suo iti-  
nere domum suam versus; & de-  
mumpotēa vertisse se ad ecclesiā:  
& reus in examine se demum esse  
regressum ait postquam filius ob-  
uius ei nuntiavit aliquē esse lēsum.

Altera conjectura est ex genere

armorum, de qua in l. 1. q. diuina. D.  
de sicar. Menoch. d. pref. 40. & cas. 30.  
sed rufus nullum nomine genus ar-  
morum. magis est subjectum for-  
tuitis casibus, quam bombardā.  
Et quoniam quilibet natura bo-  
nus esse præsumitur, sine dolo, &  
delicto. Menoch. de pref. l. 5. pref. 1. 2.  
3. & accusare non sufficit, sed ho-  
micideum meditatum esse probari  
debet: significant. A. de boniud. eo-  
que vnuus sic testis ait, le. videnter  
bombardam vertere reum ad cor-  
ronam militum, in qua stabat, di-  
xisse quid deērit decurion? in nos  
bombardam vertit: contra aliuste-  
sis ait se vi. ille explodente ad-  
uersus foissam, seu aggerem, & glo-  
bum excitasse puluerem, & dixisse  
quod imperita esset, & periculosa  
talis explosio, reus ait in examine,  
se exonerare voluisse bombardam  
cū domum iret; antea oneratam  
cum putarer se foras iturum: exo-

nerasse autem aduersus aggerem,  
& in ipso actu posteriorem bom-  
bardæ partem non nihil decidisse,  
anteriorem esse eleuatam; & sic  
globum potuisse attingere supe-  
riora aggeris, & verti in occisum.

Arguitur contra, quod in carce-  
re rogatus a socio, responderit se  
voluisse honoraria exlosionem  
facere, *een n eer-schent*, & incidisse  
in hoc infortunium: talem autem  
explosionem non sole ē in foissam  
dirigi: & more militari domum re-  
gredientes ut exonerent bombardam,  
suis in aērem explodere:  
ego obtinere versum vulgarem,  
*Omne male factum irasque præsumitur*  
*aīdū c. 1 X de presum.* at contra rur-  
sus ille testis progessum esse reum  
nulla corporis turbatione, quasi nō  
conscium rei male gestæ, refertur  
etia in actis immediate a te fuisse  
in hospitio. vt non incredibile sit  
titubasse; aut in explosione non fir-  
miter constitisse, & quod allegat,  
bombardam anterius eleuatam  
posteriori parte depressam; si-  
cūdum esse ex potu, quādūs non  
fuerit plena ebrieras.

Denique assertur idem testis, se  
vidisse in explosione, reum nulla-  
tenus collimasse, vt fieri solet ab  
ijs, qui globum in scopum certum  
dirigunt: & ex plurimis testium di-  
ctis constat difficile fuisse in unum  
singulariter explodere, sine peri-  
culo aliorum, qui erant in coronā  
im̄d impossibile si duobus globis  
bombardā fuisse onerata: alios  
autem amicos fuisse rei, quod  
præsumptionem nocendi tollit.  
Menoch. d. pref. 40. n. 15. & seqq. &  
pro reo facere, quod aduersus eum  
suprà allatum est, dictum socio in  
carcere, tanquam à deplorante in-  
fortunium. *et ex Grammat. idem Me-  
noch. n. 29.*

Ad extremum allegatur pugna,  
quaꝝ ante aliquot septimanas *con-* De prauis  
*tigerat inter reum & occisum, & eo* *numicatujs*  
*tuuc occisum & domo ad pugnatiōnēs*  
*nam euocante; vt ait, obsympo-*  
*sium, & negationem vñterioris*

potus, ab uxore rei factam; & rixas tunc secutas. Sed & cum ab aduocato rei responsum esset interuenisse reconciliationem; replicatum est per hoc dilemma; si mansit rancor, presumptio est præmeditati animi: si reconciliatio interuenit, proditorum est iam amplius mali cogitantem, aut cauentem, & qui eodem die paglo ante quasi exituro reo felicem fortunam appræcatus fuerat, traijcere. Reus in examine dixit expressam non interuenisse reconciliationem cum occiso; sed tantum plures post pugnam simul eos combibisse. de qua compotatione etiæ ex testimonij constat: eoque formatur contrarium hoc dilemma: si reconciliatio fuit vera, more Belgarum; præsumptionem esse pro reo, & infortunio; non præmeditato proposito: si reconciliatio habeatur pro non vera, tunc eodem modo Italico dicendum, non videri proditorum homicidium inimici reconciliati: secundum Dianam: præsertim quod accidit intra paucos à reconciliatione dies, ut Menochius alijqz. auctores ubique. quod tempus, et si Menoch. d. cas. 361. n. 18. & alibi arbitrarium facit; tamen ex ratione legis si vindicari. c. de pen. & c. cum apud. 11. q. 3. ad dies triginta, seu aliquot septimanas ita durare dicendum videtur; vt impediat sedatam cogitationem; tollatque omnem animi perturbationem; dum aliud non probatur. neque enim solum homicidium sufficit. d.e. significauit. X. de homicid. ideoque Mascar. d. conc. 864. n. 27. & seqq. quærens an accusator animi propositum, an reus infortunium probare debeat? concludit utrumque probationes inducere: reum; vt absoluatur. l. i. C. de sciar. accusatorem; vt ille damnetur. d. l. i. 9. diuus. D. eod. ex re, inquit, constitendum hoc. nam si gladium strinxerit, & in eo percussere, in dubitate occidendi animo id cum admisisse: sed si clavi percussit, aut cucuma, invixa, quamvis ferro percussit; tamen non occidendi animo, lenientiam penam eius, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admiserit.

Porro in dubio quamvis conie. Eturæ proferantur proaccusat. re, & aliae sunt pro reo; nec iam indubitate, vt loquitur luris. consuls, occidendi animus probatur; fauorabiliores sunt partes rei, quam Actoris. adeò vt accusato, aliqui deferendum censeant invenientum, super animi intentione, citati à Mascar, ubi sup. n. 20. cum Pontificiex d. c. significauit sola affectio rei fuerit contentus, & circa grauia etiam crima, quando verisimiles tantum sunt conie. Eturæ, indicatur purgatio canonica. c. 1. 4. & tot. iii. X. de purg. canon.

Id quod in hac materia immunitatis ecclesiastice eò magis est admittendum, non tantum quod multi contendant poena ordinaria homicidij puniendum non esse, qui tantum præsumptionibus concincitur: Menoch. de præm. l. 4. p. 97. lib. 5. p. 41. n. 15. sed ideo maxime quod in dubio respondendum sit pro ecclesia, adeoque illius immunitate. c. fin. X. de re iud. eademque immunitas non sit concessa in gratiam criminosorum; sed ipsarum ecclesiarum, reverentiaque diuinæ. eoque non tam in causa sua reus, quam ecclesia testari videatur. quod canones in monacho pro monasterio admittunt. c. cum nunciū. c. in foz. X. de testib.

Et quamvis daremus non leues tantum infidias, industrias & stirps. tagema hic esse, sine quibus virio soleat esse homicidium præmeditatum, Menoch. d. cas. 361. n. 30. sed & subtiliter cogitatis; iterum reddit solutio hæc; infidolium homicidiam à Gregorio XIV. non arceri ab asylo. quem plures a proditorio male non distinguunt.

Restat igitur inquisitio prodicionis,

<sup>14.</sup>  
An accusator propositum, an reus infortunium probare debeat?

tionis, etiam posita p̄meditatione, & excluso infortunio. & memoria repetendum est dilemma, quod suprā est positum, ut quamvis admittamus reconciliationem, per actus computationum; nullibi tamen in actis ponitur, aut probatur, specialis alius sit qua amicitia vera, aut simulata inter reum & occisum, quae ad qualitatem proditorij exigi videtur.

*Menoch. d. cas. 361. n. 24. Diana & citati vbi sup. & alijs paſim. vt osculum Iudæ, cades Abner, & Amasæ à lobat facta, Vriæ per Daud, & aliae ab authoribus d. n. 24. citatis allatae.*

Proditorum quidem diuersimode accipit: ut est apud Farinac. q. 18. n. 74. & seqq. Tuscum v. proditor. conc. 896. propriè tamen respectu priuatorum proditor dicitur qui sub clypeo, prætextu, colore amicitiae offendit. Cum ergo de p̄iudicio priuilegij ecclesiæ minuendo agitur, verba nouæ constitutionis strictè sunt interpretanda de eo, qui dum se

<sup>18.</sup>  
Proditorum ut sit  
accipientium?

<sup>19.</sup>  
In dubio  
sentientia  
pro immunitate.

amicum ostendit, seu fingit, aliud facit. l. 1. *D. de prævaricat. l. athletes.*  
*9. pen. D. eod. c. transferunt. 24. q. 3.*  
*c. omnis. X. de panit. & remiss. quamuis enim, qui cum, qui neque amicus est, neque inimicus, offendit sine p̄ædia diffidatione, vt loquuntur, accedere ad proditores videatur; plurimque ea sit sententia; tamen axioma illud, *nemo volens percutere dicit, caue;* significat latam illam esse acceptiōnem: in fauorem autem ecclesiæ mox diximus verba bullæ stricte esse accipienda, nam summa est ratio, quæ pro religione facit. & vbi dī-*

uerſæ sunt iudicium sententia,

statur illi, quæ fauet piæ causæ.

*c. vlt. X. de sent. & re iud. quanto magis id obtinere debet, vbi tantum Interpretates dissentiant? nisi altera*

*opinio esset evidenter iniqua.*

*Tiraquell. de priuileg. pie cause priuileg. 147. sed piæ causæ semper*

*fauendum est, & secundum illam*

*in dubio iudicandum. idem priu.*

*146. 148.*

## LIBER QVARTVS.

### De sponsalibus & matrimonio.

#### RESPONSVM I.

*De matrimonio invito, nec intelligente parocho attentato.*



Vod à Concilio  
Trid. statuitur.

24. de reform.

mat. c. 1. s. qui

aliter accipien-

dum est, vt in l.

coram Titio D. de

verb. signif. l. diem s. coram D. de ar-

bit. vt & scire debeant parochus

& testes, & intelligere quid aga-

tur. non etiam consentire. scire, inquit d.l. coram, non etiam velle de-bet: nam & inuitu eo recte si quod iussum est, in eamque sententiam

Cardinales Concilij Interpretates

sapienter responderunt, validè

contrahi matrimonium coram pa-

rocho, & testibus inuitis, mutuo

contrahentium consensu intelle-

ctio. d. c. 1. scire ergo, intelligere,

videre, in conspectu habere, oculis,

audituque percipere parochus

debet a&cum, agentesque: Barbos.

in Collect. ad Conc. Trid. d. c. 1. n. 79.

diximus in Consul. can. de sponsal. &

mat. conf. 3. & 4.

Negat hic Pastor se vidisse

S 4 Iune-